



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Cap. II. Agonia Christi in horto, Jesus in hortum, ubi capiendus erat, venit:  
ibiq[ue] ingentem mœrorem & angustiam ob imminentem passionem  
præfert.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

DOMI-  
NICAR  
PASSIO-  
NIS EX-  
FLICA-  
TIO.

II.  
Idē pur-  
ganda  
corda ad  
recipien-  
dam Eu-  
charisti-  
am.

de ac si ipsi eas exercitassemus. Festinemus igitur omni studio expurgare corda nostra ab omni inquinamento peccati, atque ornare ea virtutibus & operibus bonis, ut cibum hunc salutiferum semper accipere idonei simus, ad æternam gloriam benignissimi Creatoris.

CAPUT II.

*Agonia Christi in horto. Iesus in hortum, ubi capiendus erat, venit: ibiq; ingentem anxietatem & angustiam ob imminentem passionem perfert.*

1. Peractā cenā venit Christus in hortum ubi erat capiendus: seorsum secedit cum Petro, Jacobo, & Joanne.
2. Attenio vehemens ad passionis mysteria postulatur.
3. Ea enim p̄a considerata, maximè emolliunt eor etiam durissimum.
4. Amore spontaneo obtulit se pro nobis Iesus. Preparat se oratione ad certamen futurum.
5. Assumit sponte tristitiam inenarrabilem.
6. Dua causa illius, Prima ingratitude hominum & peccata, quorum gravitatem plenissimè percipiebat.
7. Sic pater indulgens, miseriam unigeniti filii deplorat.
8. Longanimè oratio Christi in oratione positi.
9. Altera tristitia Christi causa, plenissima ærum, quæ iamjam erat passurus, noxia.
10. Pugna in Christo de acerbitate passionis asceptanda.
11. Compassio spiritus & carnis. Sensus trine petitionis Christi. Resignatio Christi nobis imitanda.
12. Lassitudo Christi ab oratione resurgenti. Leniter increpat discipulorum pigrissimam.
13. Excitat torporem nostrum, ut eum sequamur, eiq; compatiamur.

IOAN. 12.  
Post sa-  
crum ce-  
nam ve-  
nit Iesus  
in hortū  
oliveti.

Cum itaque propè esset tempus, ut Dominus Iesus ex hoc mundo transfret ad Patrem, constituto iam ab eo (ceu patre fidelissimo) cum dilectis discipulis

testamento suo, relicto videlicet eis præcipuo & excellentissimo bono, quod cor ipsius paternū excogitare poterat, utpote sacratissimo Corpore in cibum, & pretio Sanguine in potum: hoc, inquam, opere peracto & consummato, cum hymnum dixisset Deo Patri, exivit cum discipulis in montem Oliveti trans torrentem Cedron, ubi erat hortus quidam, quo sæpe orationis gratia convenire solitus fuit cum eisdem discipulis suis. Aitque ad eos: Sedete hic, vigilate, & orate, ut non in-erretis in tentationem. Assumpsitque Petrum, & duos filios Zebedæi Jacobum & Joannem, utpote secretissimos, fidissimos, maximeque dilectos quos haberet amicos suos: ut quibus gloriam Divinitatis suæ in transfiguratione ostenderat, etiam doloris sui in passione acerbitatem demonstraret.

Hic nunc ad sitis quotquot Deū diligitis: attendite, & videte quanta fecit Dominus animabus nostris: Jam nunc aperitur liber vitæ, in quo relucet veritas, & omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sunt absconditi, qui scatet doctrinis & mysteriis abundat. Nunc planè speculum virtutum omnium cunctis manifestè proponitur. Nunc exhibetur immensus thesaurus divitis patris familias, ex quo inopes, infirmi & oppressi omnes largissimis exhilarantur donis; ita ut unicuique liceat ex sacris Christi Jesu haurire visce-

Mat. 26.  
Ioan. 13.  
Mar. 14.  
Luc. 11.  
Cum Pe-  
tro, Jaco-  
bo, & Jo-  
anne se-  
cedit à  
reliquis  
discipu-  
lu.  
Luc. 9.  
Mat. 27.

2.  
Mar. 9.  
Excita-  
tur atten-  
tio ad  
passionē  
arcana  
perpen-  
denda.  
Colos. 3

DOMI-  
NICAN  
PASSIO-  
NIS EX-  
PLICATA  
TIO.  
\* Intem-  
perantia  
hic voca-  
tur ex-  
cessus  
magni-  
tudinis  
amoris  
in Chri-  
sto pati-  
ente &  
morien-  
te. Pro-  
bis, de  
quo vi-  
de Luc.  
9. v. 31.

3.  
Inde pra-  
sertim em-  
ollitur  
duritiae  
cordis no-  
strae.

4.  
Sponte se  
pro nobis  
obtulit se  
suis, solo  
impulsus  
amore.  
1. Reg.  
37.

Oratione  
se prepara-  
vit.

visceribus, quidquid sibi deesse intelligit. Copiosam namque profundunt gratiam: & ut largius fluerent, pluribus in locis scissa atque patefacta sunt. Nunc denique ignis ille, quem Pater caelestis misit in terram, adeo accensus est, ut flamma caelum contigerit, atque per intemperantem calore suum frigidam terram & dura saxa emollierit perurperitque.

Et revera, qui quis devota meditatione ad hunc ignem propius accesserit, incendium hoc evadere non valebit. Cujus enim vel saxum cor non liquecat, dum advertit immensam Jesu Christi bonitatem, quanto ille erga nos viles terrae vermiculos desiderio teneatur, & quanto per se sitierit salutem nostram, exponens pro illa juvenile ac elegans corpus suum, & quidquid habuit?

Enimvero nulla coactus vi, sed sponte sua ad locum proditori suo cognitum accessit, ut ab eo posset facilius inveniri. Vide hic, o fidelis anima, & inspicere hunc strenuum David, Deum ac Dominum tuum, quam ardeat, quam vehementer desideret inire certamen, & ponere animam suam pro populo suo & domo Israel. Vide, obsecro, ut amore animatus, primus ad locum certaminis pro te dimicaturus accedat. Quia vero non nisi humilitate, charitate, orando & sustinendo certare statuerat; priusquam invidi Judaei cruentas manus suas in eum injicerent, tantum in se cruciatum

ultrò recepit, ut huic nullus posset dolor aequiparari.

Igitur ubi jam in hortum venerat, cepit contristari & moestus esse, pavere etiam & tædere: atque ex doloris interni vehementia extrinsecus membris omnibus miserabiliter contremuit. Et hanc ipsam tristitiam, infirmitatem & perturbationem corporis sui, non erubuit confiteri discipulis suis, dicens: *Tristis est anima mea usque ad mortem.*

Eamus nunc, & videamus quanam sit tanti causa doloris. Et quidem multas ob rationes Christus ira contristatus est, sed nos hic duas tantum attingemus, quae nos vehementius ad compassionem pariter & amorem accendant. Prima ergo ratio, nostra fuisse gravia multipliciaque peccata, ingens ingratitude, & quod tam eramus divini timoris expectes. Ob ista sic doluit pius Iesus. Enimvero & legimus, & experientiam probatum est, si quem Deus permitteret videre peccata sua, sicut ipse ea videt, mox praedolore rumpendum cor illius, aut sensibus eum destituendum, ubi aspiceret quantum injuriam & contemptu affecerit Creatorem ac Redemptorem, Deumque ac Dominum suum, & quam indignè ac turpiter deformaverit nobilem speciosamque animam suam. Et certe Christus omnia mundi peccata in se receperat, tantumque pro illis ultrò sibi assumpsit dolorem cordis, ac si ipse ea per-

5.  
Matth.  
25.  
Mar. 14.  
Luc. 22.  
Assumit  
tristitiam,  
& eam  
discipulis  
suis expo-  
nit.  
Matth.  
26.

6.  
Dua causa  
sunt cur  
Christus  
tanto dolore  
in horto affi-  
ci voluerit:  
quarum una  
hæc est, peccato-  
rum gravitas  
& ingrati-  
tudo nostra.



DOMI-  
NICAE  
PASSIO-  
NIS EX-  
PLICA-  
TIO.  
qua ille  
perfectis  
sime in-  
suebasur

traheret. Et quia per divinam cun-  
cta perspicentem sapientiam tuam,  
universa quae umquam facta sunt,  
& deinceps fient peccata, cerne-  
bat, simulque aspiciebat contem-  
ptum & injuriam, quae per hanc  
caelesti Patri suo erant irroganda:  
quis jam ulla possit ratione com-  
prehendere, quantum hinc mœ-  
rorem doloremque perfererit? Semper enim cum universis viri-  
bus suis honorem Patris & salu-  
tem animarum sitiebat. Hac igitur  
de causa tantum Christus dolo-  
rem & mœrorem in passione  
suscepit, quantum salvam vitam suf-  
ferre potuit. Neque enim (ut Iu-  
dæi solebant) vestimenta scidit  
in argumentum doloris sui quo  
mordebatur, sed omne per-  
rupit corpus suum, ita ut sudor  
sanguineus ex cunctis membris  
illius, præ nimia angustia & tre-  
more, velut humor ex uva forti-  
ter pressa, erumperet. Et ut osten-  
deret nobis, mœrorem hunc inte-  
riores absumere medullas animæ  
suæ, mortis correptus angoribus  
dixit: *Tristis est anima mea usque*

Mat. 26. *ad mortem.*

7.  
Deplora-  
vit no-  
stra dam-  
na, sicut  
pater u-  
nigeniti  
miseriam  
dolere.

O ineffabilis bonitas Christi  
Iesu! ò amor incomprehensibilis!  
Gaudium cæli propter nos, ad  
mortem usque, mœrore afficitur:  
quodque nos voluptate deliqui-  
mus, ipse Iesus lethalibus voluit  
cruciatibus expiare. Enimverò,  
ubi attendit quid peccando per-  
dideramus, & quid eramus meri-  
ti, cuncta illius viscera compas-  
sione mota sunt. Et sicut aliquis

benignissimus parens mortem do-  
let unigeniti sui, sic ille miseriam  
& infelicitatem nostram doluit.  
Ob idque tantam sibi assumpsit  
afflictionem & mœstiriam, quæ  
totius mundi peccatis præponde-  
raret, quæque non solum vires  
omnes elegantis & delicati cor-  
poris sui excederet, sed ad mor-  
tem usque angeret animam suam.  
Quis hinc sine compunctione & la-  
crymis intueri possit amabilem  
illum Ioseph, nos fratres suos, qui  
in ipsum peccavimus, amplexan-  
tem, singulos nostrum osculan-  
tem, plorantem super singulos, &  
peccata remittentem, imò ea om-  
nia in seipso cum dolore puni-  
entem? Ita nos ille dilexit?

Secedens ergo paululum à dis-  
cipulis suis, posuit genua, & pro-  
nus cadens in terram, humiliter,  
ferventer longanimiterque pre-  
catus est. En potens ille Domi-  
nus, cui omne genu jure curvatur,  
ut pauperrimus homo, imò ut  
peccator quispiam, jacet vultu  
terræ affixus, & à Patre dereli-  
ctus, ut nos Patri reconciliet. O  
anima mea, & vos omnes qui di-  
ligitis Deum, venite, contem-  
plemur oculis cordis Salvatorem no-  
strum in magna spiritus angustia  
constitutum, & alta suspiria ex  
imo pectore trahentem: confide-  
remus ut hic portaverit omnia  
peccata nostra, & quam graviter  
pro nobis afflicus sit. Non sumus  
ingrati dulcissimo amatori no-  
stro, qui tam cruciabiliter desuda-  
vit in opere salutis nostræ.

Alte-

Gen. 43.  
44. 45.

8.  
Isa. 45.  
Perseve-  
rat longi-  
nimitur  
in oratio-  
ne.

DOMI-  
NICAR  
PASSIO-  
NIS EX-  
PLICATA-  
TIO.

9.  
*Altera  
dolorum  
Iesu cau-  
sa, com-  
prehensio  
futurariū  
normen-  
torum.*

Altera causa doloris Christi fuit, quod prævidebat horribiles ac immanes cruciatus omnes, quos mox perpassurus erat, idque tam perfecte, ac si jam præsentis sensisset. Et quia reverà homo erat instar aliorum passibilis, tenera ac nobilis complexio ejus, supra quam capiat humanus intellectus, vehementer hinc exhorruit: ita ut extrinsecus membrum omnibus contremisceret, & intrinsecus ad mortem usque tristaretur. Iam enim susceperat damnatum redimere hominem, & uniuersum soluere debitum: ideoque Pater cælestis ut iustus iudex exactam cum illo iniit rationem, aperiens illi antiquum rationariū codicem, debita mortalium continentem, in quo perspicuè uniuersa vidit mundi peccata, simulque pretium incomparabile quo hæc erant debita exolvenda.

10.  
*Lucta in  
Christo  
spiritu  
& carnis  
de cruci-  
atibus ac-  
ceptan-  
dis.*

Igitur ipse Salvator noster Iesus Christus secundum spiritum optabat, ut cuncta in se perficerentur, quæ ab æterna Dei Sapientia, & consilio Spiritus sancti decreta & præfinita erant: at caro tota exhorruit ad mortis acerbiter. Spiritus quidem unicus & subditus Deo erat, paceque fruebatur; sed sensitiva natura ac portio omnino imbiberat imagines amaritudinum passionis imminens, eratque turbata & anxia supra modum. Apparuit autem illi Angelus de celo, confortans eum in hac spiritus & carnis con-

Luc. 22.  
*Apparet  
illis An-*

certatione. Et ipse quidem cum esset torus vividus ac ætate juvenis, omnium quos umquam terrarum orbis habuit multò pulcherrimus atque amabilissimus, tantam hinc luctam sustinuit, tantaque vi ipsam naturam sensitivam in horribiles cruciatus consentire coëgit, ut præ nimio labore cruentus sudor ex omnibus illius membris erumperet. Etenim ob orationis fervorem, & metum ac horrorem mortis, sanguis ejus ad cor confluxerat: tum verò amor validus, & ardens desiderium paternam exequendi voluntatem, nosque redimendi, ceu maleus quidam aut vis ingens accedens, vicit timorem illum & sensualitatem, sanguinemque fortiter expulit, ita ut in hac præclara victoria, ex subita violentia sanguis è poris omnibus, nimio labore patefactis, abundè cum alio sudore erumpens, deflueret in terram.

*gelu de  
celo.  
Quomodo  
internus  
dolor su-  
dorem  
sanguini  
nu ex-  
presserit.*

11.  
*Rationa-  
lis cum  
sensitivum  
cōpassio.*

O! quis doloris hujus magnitudinem & acerbiteratem capere queat? O! quantis angustiis concutiebatur dulcissimum cor Salvatoris? Quas penas, quos cruciatus in hoc timoris & amoris prælo sustinuit? Nam timor quidem infernè, amor autem supernè illud comprimebat. O! quantopere rationalis natura compatiebatur portioni sensitivæ sic oppressæ? Quàm fideliter, tamquam advocata, pro illa obsecrabat, Pater, inquiens, si possibile est, transeat à me calix iste! Rursumque,

Mat. 26

DOMI-  
NICAE  
PASSIO-  
NIS EX-  
ELICA-  
TIO.

que, tamquam optima concilia-  
trix, cum spiritu dicebat: *Pater, si  
non potest hic calix transire nisi bi-  
bam illum, fiat voluntas tua.* quasi  
diceret: *Iam tu Pater explicuisti  
mihi quanto pretio debitum hu-  
mani generis sit redimendum, à  
quo certè tenera natura mea tota  
abhorret, pavet & contremiscit:  
attamen desiderium quod habeo  
implendi voluntatem tuam, &  
hominem redimendi, prorsus su-  
perat me.* Itaque accipio condi-  
tionem, & ratum habeo quod  
exigis. Et ecce roseus hic sanguis  
meus, quem modò effudi, arrha  
boni sit, atque ejus generis pecu-  
nia reliquum omne debitum ex-  
olvam. *Fiat voluntas tua.* O!  
qualis hæc resignatio? quæ sui  
oblatio? quis hic amor? Planè  
Dominus Iesus charitate carnem  
vicit & sanguinem. Quis fru-  
ctum, utilitatem & sempiterna  
bona cogitare sufficiat, quæ nobis  
ex hoc verbo maximè salutifero  
nata sunt, puta, *Fiat voluntas tua?*

Fructus  
inde no-  
bis pronu-  
tians.

Nam isto verbo Filius Dei nos à  
Patre æterno mercatus est: ita ut  
jam inde ab hujus prolatione ver-  
bi, Pater cælestis antiquas posue-  
rit inimicitias, & nos in filios  
suos receperit. Venite jam devo-  
ti omnes, & quotquot estis bonæ  
voluntatis, qui in virtutibus pro-  
ficere desideratis: Venite, in-  
quam, contemplamini hic specu-  
lum virtutum, perfectionis viam:  
sequimini Dominum vestrum,  
iisdem ingredimini vestigiis, qui-  
bus vos ille præcessit. Discite,

discite hic propriam abnegare vo-  
luntatem, & exequi divinam: di-  
scite sensualitatem vincere, &  
eam in spiritus redigere servitu-  
tem.

Jam porrò videamus lique-  
centibus cordibus, quemadmodum  
amabilis Dñs, ubi diutissimè pro  
nobis Patrè precatus fuisset, tan-  
dem venerandum caput suum levavit  
è terra, & ab oratione surrexit. O!  
quàm malè affecta erant omnia  
illius membra ex tremore & in-  
genti angustia quam ibi perpeffus  
fuit? Facies ejus gratissima, ex  
ferore orationis inflàmata erat,  
& sudore perfusa madebat. Ocu-  
li lacrymis intumuerant abunda-  
bantque. Hinc ergo venit ad  
discipulos suos, & eos benignè  
alloquens, ait: *Dormite jam, &  
requiescite.* Vide immensam be-  
nignitatem Domini. Non du-  
rè illos reprehendit, sed patienter  
eorum tulit pigritiam & infir-  
mitatem. Vide etiam, ut fidus  
pastor sollicitè curam gerit, & o-  
rat pro ovibus suis. Dominus vi-  
gilat servis dormientibus. Solus  
certat, ut ipsi manèant illæsi. Se-  
ipsum lupis exponit agnus inno-  
cens, ut oves suæ evadant immu-  
nes à moribus eorum. Revera  
in finem dilexit eos.

Deinde jam excitavit illos, di-  
cens: *Sufficit, camus: en qui me tra-  
det, propè est.* Cogita nunc, ò ani-  
ma mea, te esse cum Christo in  
horto, & hæc illum tibi verba di-  
xisse. Itaque surge à somno vi-  
tiorum, & à somno torporis ac

fal-

Imitan-  
da nobis  
hæc regi-  
gnatio,

12.

Perpen-  
ditu-  
m Chri-  
sti post-  
genian.

Discipu-  
li man-  
sueti à  
Christi  
ob som-  
nentiam  
inertis-  
suer. Mat. 11

Ioan. 11

13.

Mat. 26  
Excita-  
tio torpo-  
ris nostri  
ad imi-  
tationem  
Christi  
in passio-  
ne.

MARGARITUM SPIRITUALE. 87

**DOMS-** fallacium oblectamentorum, ar- **NICAR**  
**PASSIO-** reptaque viriliter cruce poeniten-  
**NIS EX-** tiæ & afflictionum, sequere Chri-  
**ELICA-** stum Dominum tuum: simulque  
**19.** cum ingenti compassione & inti-  
mo amore conspice miserabilem  
ac deformem figuram Salvatoris  
tui, cogitans te esse causam pas-  
sionis ejus. Expende diligenter,  
quanta fuerit interna animæ il-  
lius angustia, ex lignis externis  
maximè afflicti corporis. Adora

*¶ sal-  
tem illi  
compati-  
amur, &  
sollacry-  
mumur.*

*¶ Homo  
bonæ  
volunta-  
tis in  
defectu  
merito-  
rum suo-  
rum ob-  
tendit  
merita  
& sangui-  
nem  
Christi.*

illum, & gratias age. Venite &  
vos quotquot Deum amatis, si-  
mul procidamus coram Domi-  
no: & si sanguineas lacrymas fun-  
dere non possumus, saltem aquam  
stillent oculi nostri. Quod si ita  
duri sumus, adeoque lacryma-  
rum vena nobis obstructa est, ut  
nec oculis flere possimus: saltem  
corde & desiderio ploremus, \*  
sanguineumque illius sudorem  
offeramus pro lacrymis quas non  
habemus, quasque præ cordis du-  
ritia fundere non possumus.

CAPUT III.

*Jesus Iuda & hostibus suis pergit  
obviã.*

1. Iuda militibus occurrit Christus,
2. Amore immenso præcedentem timorem peni-  
tentiæ absorbente.
3. Osculum Iudæ suscipit, dulcissimisque verbis  
ejus ingratum cor provocat ad poenitentiam.
4. Misericordia Christi semper patet volenti-  
bus eam apprehendere.
5. Punico verbo hostes suos prosternit, passivus;  
quid facies judicaturus? Ego sum paratissima  
resignationis verba.

*¶ I-  
desu ob-  
viã is*

**S**CIENS deinde Dominus Je-  
sus, proditorem suum Judam

advenisse, stipatum caterva ho-  
minum impiorum sanguinem suum  
sifitentium, qui ipsum tamquam  
latronem comprehendere vene-  
rant cum laternis, gladiis, fustibus,  
& ingenti armorum strepitu:  
ceu agnus innocens, plenus  
cum affectu, & ardenti dilectio-  
ne benignissimè eis perrexit ob-  
viã.

*Iuda, &  
militibus  
Ioan. 18.*

Attende nunc, ô anima mea,  
interioribus oculis immensum a-  
morem Salvatoris tui. Vide quan-  
topere sitiit redimere te. Aspice,  
ut cor illius velut olla fervens in-  
tra ipsum ebullierit. O dulcis Ie-  
su, unicum solatium cordis mei!  
ubi jam est timor qui te paulò an-  
te invaserat? ubi graves gemitus?  
ubi tremor anxius? ubi hor-  
ror ingens mortis? Cùm adhuc  
procul abessent hostes, ad mor-  
tem usque tristabaris, & sangui-  
nem sudabas: jam quando in ocu-  
lis sunt inimici tui, instar leonum  
rugientes, quò fundant innocen-  
tem sanguinem tuum, nihil ti-  
mes, nihil trepidas, sed metus  
omnis procul abcessit. Venit  
proditor tuus cum turba homi-  
num sanguinariorum, & illis  
procedis obviã. O bone Iesu!  
ô dulcis amator hominum! quid  
hoc est? Quis amor cor tuum ab-  
sorbuìt, ut ad mortem ceu ad nu-  
ptias properes, hostibus perinde  
ut amicis obviã procedas? O  
clementissime Deus! quem non  
hæc tanta charitas incendat? quis  
ego sum, ut tu dominus domi-  
nantium, Rex cæli, terræque Im-

*2°  
Iam om-  
nem car-  
nem timo-  
rem ab-  
sorpsit a-  
mor salu-  
tu nostræ*

*Tanta  
amore  
indignè  
sumus.*

M pe-